



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Quomodo dicatur vna fides. F

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

Christum. Nam ipsum esse Christum dæmones *Iacob. 2. 18*  
crediderunt, nec tamen in Christum crediderunt. *Ipse arguit*

*Quid sit credere in Deum, vel Deo, vel Deum.* D *mundum.*

Aliud est enim credere in Deum, aliud credere Aug. ser. 18r.  
Deo, aliud credere Deum. Credere Deo est credere de tempore  
vera esse quæ loquitur, quod & mali faciunt, & ad princip.  
nos credimus homini, sed non in hominem. Cre- *Eccles. 37. lib.*  
dere Deum, est credere quod ipse si *Iesus:* quod de cognitione  
etiam mali faciunt. Credere in Deum, est creden- ver & vita &  
do amare, credendo in eum ire, credendo ei ad- *tract. 39 ad*  
hærere, & eius membris incorporari. Per hanc si illud. *Si quis*  
dem iustificatur impius, ut deinde ipsa fides inci- *vulnerit.*  
piat per dilectionem operari. Ea enim sola bona *I. an. 7.*  
opera dicenda sunt, quæ sicut per dilectionem *Et ad ver-*  
Dei. Ipsa enim dilectio, opus fidei dicitur. Fides er- *Fsal. 77.*  
go quam dæmones, & falsi Christiani habent, qua- *Hunc genera-*  
litas mentis est, sed informis, quia sine charita- atio qua-  
te est. Nam & malos fidem habere, cum tamen non, *tom. 8.*  
charitate careant, Apostolus ostendit dicens. Si *Cor. 1. 2*  
habuero omnem fidem, charitatem autem non  
habeam, &c. Quæ fides etiam donum Dei dici po-  
test, quia & in malis quædam Dei dona sunt.

An illa informis qualitas mentis, quæ in malo Christiano  
est, fiat virtus cum sit bonus. E

Si vero queritur, vtrum illa informis qualitas,  
qua malus Christianus vniuersa credit, quæ bonus  
Christianus, accedente charitate remaneat & hat  
virtus, an ipsa eliminetur, & alia qualitas succedat  
quæ virtus sit? Vtrumlibet sine periculo dici po-  
test. Mihi tamen videtur, quod illa qualitas, quæ  
pri' erat, remaneat, & accessu charitatis virt' hat.

Ex quo sensu dicatur una fides. F

Cumq; diuersis modis dicatur fides, fatendum  
est tamen unam esse fidem, vt ait Apostolus. Unus  
Dominus, una fides. Siue n. fides accipiatur pro eo *Ephes. 4. 4*  
& creditur, siue pro eo quo creditur, recte dicitur  
fides una. Si n. pro eo quod creditur, accipiatur,  
ex hac

**Cap. 2. in  
princ.**

*Ibid. paulo  
inferius.*

*Ibid paulo  
superius.*

*In hom. su-  
per euang.  
26. circa me-  
dium, Epib.  
4. d. al. cap. 5.  
Ioan. 20. g  
In lib. 13 de  
Trin. cap. 1.*

ex hac intelligentia dicitur vna fides, q̄a idē iube-  
mur credere, & vnum idemq; est, q̄ creditur à cun-  
ctis fidelib. Vnde fides catholica dicitur, i. vniuer-  
salis. Si vero accipiatur fides pro eo quo creditur,  
ea ratione vna dicitur esse fides, non quia sit vna  
numero in omnibus, sed genere, i. similitudine.  
Vnde Aug in li. 13 de Trin. fides, q̄ qui habent, fide-  
les vocātur, & qui non habent, infideles, commu-  
nis est omnibus fidelibus: sicut pluribus hominib.  
facies communis esse dicitur, cum tamen singuli  
suas habeant. Non n. fides numero est vna, sed ge-  
nere: quæ cum sit in uno, est & alijs, non ipsa, sed  
similis, & propter similitudinem magis vnamdi-  
cimus esse, quam multas. Sicut idem volentium  
dicitur vna voluntas, cum tamen cuiq; sic sua vo-  
luntas: & duorum similiorū dicitur facies vna.  
Quod fides est de his, quæ non videntur proprie, quæ tamen  
ridentur ab eo in quo est.

Notandū quoq; est, quod fides proprie de non  
apparentib. tantum est. Vnde Greg. Apparentia nō  
habent fidem, sed agnitionem. Idem, Cum Paulus  
dicat. Fides est substantia rerum sperandarum, ar-  
gumentum nō apparentium: hoc veraciter dicitur  
credi, q̄ non valet videri. Nam credi iam non pōt,  
quod videri potest. Thomas aliud vidit, & aliud  
credidit: hominē vidit, & Deum confessus est di-  
cens, Dominus meus, & Deus meus. De hoc etiam  
Aug. ait. Fidē ipsam videret quisq; in corde suo esse,  
si credit: vel nō esse, si nō credit. Non sicut corpora  
quæ videmus oculis corporeis, & per ipsorum ima-  
gines, quas memoria tenemus, etiā absentia cogi-  
tamus: nec sicut ea, q̄ nō videmus, & ex his quæ vi-  
demus, cogitationē vtcunq; formamus, & memo-  
riæ commendamus. Nec sicut hominē, cuius ani-  
mam etiā non videmus, ex nostra coniçimus, & ex  
moribus corporis hominē, sicut videndo didici-  
mus, intuemur etiā cogitando. Non sic videtur fi-  
des